

leme, unde a S. Joanne, cap. vii, 37, vocatur dies magnus festivitas.

Nec hoc festum dicitur et collectus, non tam pecuniarum aut eleemosynarum, ut volunt Abulensis, Lyrarus, Cajetanus, Oleaster, quam hominum et populi, qui congregabatur octavo die in tabernaculo, et postea in templo, ut simul ad natum gratias ageret Deo solemnibus sacrificis, quod post longam illam eisdem peregrinationem, omnes tribus salvae venissent in terram promissam, quasi terminum et sedem suam, eamque quiete possiderent. Simili ratione dies septimus azymorum vocatus dicitur et collectus, eo quod omnes in die simul convenienter ad agendum gratias Deo, quod eos in Egyptia servitudo dispersos adunasset, et simul inde educti. Quod autem de collecta, non pecuniae, sed populi his agatur, indeque festo iudicium sit nomen cogit sive collecta, patet primo, quia in braco hoc festum vocatur **תְּמִימָן עַזְרֵת**, quod significat sime congregatio, non pecuniae, sed populi (1); secundo, quia Chaldeus apertissime hanc vocem **azter** veritatem **תְּמִימָן קְנִיטָן** **קְנִיטָן** tehom, id est collecti eritis; tertio, quia Septuaginta semper hanc vocem vertunt **τεμίμην**: **τεμίμην** autem, teste Theodoreto, Ques. XXXII, finem festorum indicat; et exodium apud Livium, lib. VII, Juvenalem, saty. 6, Pölluecum, lib. IV, Suidam et alios, earum era, quod in exitu allecujus ref, maxime comedio aut sceme, canebatur. «Juventus, inquit Livius, histriobus fabellarium actu relieto, ipsa inter se more antiquo, ridicula intexta versuca justare coepit, quae inde exodia appellata, conseruante fabulis, potissimum Aelianis sunt. » Unde eò aliudentur Septuaginta, festum hoc exodium vocantur, eo quod clauderent solemnitatem festi Tabernaculorum publica et communia gratiarum actione et plausu, quo perfecto tabernaculis exequentes, quisque ad suis sedes et urbes remebarat. Quarto, quia similem collectam fecit rex Salomon, non pecuniae, erat enim ipse ditissimus et liberalissimus, sed populi in octava dedicationis templi, *Il Paralip. vii, 9.* Non nego tamen potuisse hoc festo fieri collectam pecuniae pro templo et ministris dei ante discessum populi; sed illi poterat haec et alii festi, et maxime septimo die azymorum. Verum non inde vocatur hoc festum *Catus vel Collecte*, neque hic fuit praeceps festi hujus finis.

37 et 38. OFFERENTIS IN HIS OBLATIONES DOMINO HOLOCUSTA, EXCEPTIS SABATIS DOMINI, DONISQUE VESTRIS, — q. d. Hec que descripsi sacrificia offerentis singulis festis, praeferuntur sacrificia que sab-

(1) **תְּמִימָן** est **cohibituit**, hinc, que cognata **אֶת**, notio cogendi, congregetur. Paulus alter Munk: *Abar*, ait, est **cohibituit**, detinuit. Hinc **azter** recte ab Alexandrini vertitur **απέστειλεν**, seu **exodit dies**, quo scilicet perigrinari etiam Hierosolyma determinabatur ad claudendum fastu. Apud Prophetas **azter** est, non ultimus solemnitatis dies, sed festum seu catus solemnis in genere. *Palestine*, p. 187.

bato offeruntur, videlicet quatuor agnorum, quorum bini mane, et binis vespera offeruntur in holocaustum die sabbati, ut patet *Nom. xxviii, 9*; item praefer domi et vela vestra, id est, praefer victimas quas sponte aut ex voto offeruntur.

40. SCUTISQUE VOBIS DIE PRIMO festi Tabernacula. Vers. 40. *loram, ut precessit*) FRUCTUS ARBORIS PULCHERRIME, SPATULAS PALMARUM, ET RAROS LIGNI DENSARIUM FRONDUM, ET SALICES DE TORRENTE, ET LETA. *coram Domino.* — Nota: In festo Tabernacula, Tabernaculorum jubenter Iudei manibus gestare quatuor columnam arborum ramos, vel fructus: *primo*, *arbore pulcherrime*, id est elira, Ha Chaldeus. Unde et Iosephus fructus hujus arborei vocat mala Persica; *truncum*, malia enim citrina, auctore Dio-cordie, vocantur palmas, Persica et Medica, quia ex Persia et Media in Ita et sallim sunt adiecta, test Plinio. Citrum fuisse hanc arborem doceat etiam R. Moses *Egyptius*, lib. III *Moral*, cap. XLIV.

Dices: S. Hieronymus in cap. xiv *Zachar.* dicti sequitur cedrum.

Respondeo: Per cedrum, citrum intelligit; nam malia citrina etiam cedromela, quasi mala cedri vocantur, teste Dioscoride supra.

Secundo, «spatulas», id est ramos palmarum, lib. Septuaginta.

Tertio, «ramos ligni densariorum frondium», id est myrti. Ite Josephus, Chaldeus et R. Moses supra.

Quarto, «ramos salicis». *Hafnium ergo quatuor arborum pulcherrimum, diligue virantium atque odoratissimum (citrus enim et myrtus bona odoris sunt) ramos in festo tabernaculorum gestare debent* Hebrei, ut recordarentur a soliditate in terram feraceam et arboribus opimis abundantem translatos esse; gestare, inquam, non tantum primo die festi, ut censuit Abulensis, sed per septem continuos festi dies; hoc est enim quod hic dicitur: «Celebrabunt solemnitatem septem diebus.» *Et ita intellexit R. Moses, Burgenus, Riberia et alii; idque per septem dies significatur Hebrewos multis annis commemoratus fuisse in deserto, indeque plenum gaudium in terra promissa eis obvenisse; hoc est enim quod sequitur:*

ET LETABIMIN CORAM DOMINO, — q. d. Gestantes ramos hos et fructus, saltabilis in sanctuario coram Domino. Tripudii enim solebant veteres celebrare sua festa, ut patet *Il Regum vi, 14, Exodi xxxi, 19, Exodi xix, 20*. Ita Abulensis qui et addit: «Dicunt aliqui quod, quando Iudei habebant istos ramos in manu, habebant cum eis colligatos et fructus, et sic saltabant elevantes et deprimentes illos fructus ad omnem differentiam positionis; quo significabat id esse ad laudem Dei, qui erat Dominus omnium positionum mundi.» Similiter ficitur in *theruma*, sive oblatione sacerdotum, ut dixi *Exodi xix, 24, Levit. vii, 30.*

Theruma, hebreus mensis est tempus gratiarum eius festum est *Tubarum*, id est, prae-

seque ut lactuce, agnus castus, etc., humorum venereum minuant, et castitatem fovent ac cenc-

tur.

Quartum festum sequens et finiens festum Tabernaculorum, puta ejus octava, est festum Coetus et Collecte; hoc significat octavam resurrectionis, quando ex tabernaculo hisce excentes colligentur ad concilium et congregationem Sanctorum in celis, de qua cantit *Psalmi*: «Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te.» Tunc nullum opus servile faciemus, quia tunc cessabit omne peccatum, omnis etiam labor et dolor; offeremus holocaustum Domino, quia totis viribus, totaque contentione animae, heum speculabimur et amabimus: ibi enim implebitur illud: «Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex toto fortitudine tua;» et illud: «Benedic anima mea, Dominus, et omnia que intra me sunt nomina sancta eius.» Ita Radulphus, et ex parte Iesychius atque ex illis Riberia, lib. V *De Templo*, cap. x et seq.

Allegorie etiam Ruperius apposite et eleganter habeo accommodat festis natalitatis Christi Domini. Siecum enim pascha et pentecostes Judeorum, inquit, significabat pascha et pentecosten Christinorum: ita festum Tabernaculorum: quod in exitu anni celebrabatur, significabat festum Nativitatis Christi, quod in fine anni celebratur. Tunc enim latitudini terra nostra virginis, puta B. Matheum, fructum, scilicet Christum in Bethlehem colam, et fructum arboris pulcherrime, id est Virginis intertemere Filium, in Eucharistia, ferientem et summissus. Christus enim in stabulo et hospitio natura est, ut hic nobiscum quasi in tabernaculo versatur, nosque ex eo ad patrum colestis deducere; adsunt et patrem: hoc enim Christi festum constitut et sequitur S. Stephanus martyrum et Victoria; adest et lignum densariorum frondium, videlicet S. Joannes densa et altissima mysteria eremitarum; adsunt et parvuli innocentes, qui quasi salices de torrente fructum operum non habentes, subito per solam dei gratiam ad viriditatem salierunt eternae patriae, et paradisi coelestis.

Rursum S. Hieronymus in cap. xiv *Zacharia*, per lignum pulcherrimum accipit sapientiam, per palmas victoriam, per myrtum mortificacionem, per salices castitatem. Nam a mediis, inquit, et physici tradunt quod, si quis salices florim mixtum aqua biberit, omnis in eo frigescat color, et libidinis vena siccatur, ut ultra filios generare non possit. Hic ornat in tabernaculo hujus vitæ, pariter et armati, tondimus ad domum nostram paratam in celis. Salices ergo,

festum Tabernaculorum, scilicet festum Coetus et Collecte, hoc significat octavam resurrectionis, quando ex tabernaculo hisce excentes colligentur ad concilium et congregationem Sanctorum in celis, de qua cantit *Psalmi*: «Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te.» Tunc nullum opus servile faciemus, quia tunc cessabit omne peccatum, omnis etiam labor et dolor; offeremus holocaustum Domino, quia totis viribus, totaque contentione animae, heum speculabimur et amabimus: ibi enim implebitur illud: «Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex toto fortitudine tua;» et illud: «Benedic anima mea, Dominus, et omnia que intra me sunt nomina sancta eius.» Ita Radulphus, et ex parte Iesychius atque ex illis Riberia, lib. V *De Templo*, cap. x et seq.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Prescribitur oleum quod ardcat in lucernis canae abri: *item panes propositionis*, qui et quales esse debent, vers. 5; secundo, vers. 10; blasphemus füssu Dei lapidatur.

1. Et locutus est Dominus ad Moysen. *Eccl. 2.* Praecepit filiis Israel, ut afferant tibi oleum de olivis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas jugiter, 3. extra uolum testimoniū in tabernaculo foderis. Ponetque eam Aaron a vespera usque ad mane coram Domino, cultu rituque perpetuo in generationibus vestris. 4. Super candelabrum mundis-

sum ponentur semper in prospectu Domini. 5. Accipies quoque similam, et coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas; 6. quorum sexos alitrinsecus super mensam purissimam coram Domino statues; 7 et pones super eos thus lucidissimum, ut sit panis in monumentum oblationis Domini. 8. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepit a filiis Israel fodere semper interno; 9. eruntque Aaron et filiorum ejus, ut comedant eos in loco sancto: quia Sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo. 10. Ecce autem egressus filius mulieris Israelitae, quem pepererat de viro Aegyptio inter filios Israel, iugatus est in castris cum viro Israelite. 11. Cumque blasphemasset nomen, et maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autem mater ejus Salymith, filia Dabri de tribu Dan.) 12. Miseruntque eum in carcere, donec nosset quid juberet Dominus. 13. Qui locutus est ad Moysen, 14. dicens: Educ blasphemum extra castra, et ponat omnes qui audierunt, manus suas super caput ejus, et lapidet eum populus universus. 15. Et ad filios Israel loqueris: Homo, qui maledixit Deo suo, portabit peccatum suum; 16. et qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimit eum omnis multitudo, sive ille civis, sive peregrinus fuerit. Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur. 17. Qui percusserit et occiderit hominem, morte moriatur. 18. Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum: sicut fecit, sic fit ei; 20. fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet, qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. 21. Qui percusserit jumentum, redlet aliud. Qui percusserit hominem, punietur. 22. Ab quoniam iudicium sit inter vos, sive peregrinus, sive civis peccaverit; quia ego sum Dominus Deus vester. 23. Locutusque est Moyses ad filios Israel: et eduxerunt eum, qui blasphemaverat, extra castra, ac lapidibus oppreserunt. Feceruntque filii Israel sicut praeceperat Dominus Moysi.

Vers. 1.
Quatuor officia sa-
cerdotum.

2. PRECIPPE FILII ISRAEL UT AFFERANT TIBI OLEUM. — Nota: Quatuor erant functiones sacerdotum: de qua haec actum est, erat immolatio sacrificiorum; secunda, incensio thymiamatis in altari ad id deputato infra Sanctum, de qua functione dictum est *Ezodi* xxx, 7; tercia, propositionis panum propositionis; quarta, accensio lucernarum in candelabro: de duabus hisce postremis agitur hoc capite. Porro filii Israel, sive totus populus debebat sumptus præbere ad has quatuor functiones necessarios, quia nomine totius populi eas obibant sacerdotes.

Quatuor
officia sa-
cerdotum?

Ideoque primo, in cœnu populi quisque solvebat in hunc usum dimidium siclum, *Ezodi* xxx, 13; secundo, in festis tribu quotannis offerabant singuli aliquid ad eundem usum, quantum scilicet ex devotione volebant. Nam præceptum erat *Ezodi* xxxiii, 13: « Non apparebis (quod ter fierat in anno) in conspectu meo vacuis; » tertio, erat gazophylacium, in quod iniiciebat quisque quod volebat pro sumptibus templi, de quo *Luce* cap. xxi, 4; quartu, sicut sumptu pub debet populus certas victimas pro peccata adducere, ut patuit cap. iv, vers. 14, et cap. xvi, vers. 5: ita similliter debet affere oleum lucernas, et similam ad panes propositionis quendos, ut hic præcipitur; non quod culibe in particulari

id præcipiat, sed quod toti populo: unde principes et magistratus ex communis ariero hec dependebant. Nam primitio, decima et aliae oblationes cedebant in jus et alimento sacerdotum: nullam enim ipsi aliam partem, aut hereditatem a Deo inter suos populares accepterant. Accidebat tamen non raro, ut aliqui subinde religiosiores, maxime principes, sive Hebrewi, sive Gentiles, vel omnino, vel magna ex parte hos sumptus præstant, ut fecit Ezechias rex, *H. Paral.* xxxi, 3, et Seleucus rex Asie, *H. Machab.* iii, 3, et Artaxerxes rex Persarum, *I. Ezdra* vii, 23.

OLEUM DE OLIVIS PURISSIMIS AC LUCIDIUM. — Hebrewi, *oleum purum contusum in lumen* (ut vertunt Septuaginta), id est oleum pli fuscum defluens, liquidum et lucidum, amicta remanente et fecibus.

AD CONCINNANDAS LUCERNAS (id est ad accendendas lucernas: ita Septuaginta, Chaldea et Hebrewi) JUGITER (id est singulis noctibus, ut explicetur vers. seq.; nam ardebant lucernæ a vesperi usque ad mane; mane autem extinguebantur: vide dicta *Ezodi* xxvi, 20) EXTRA VELUM TESTIMONIUM — quod scilicet oppannum est *testimonio*, id est arcæ que continent testimonium, id est legem sive tabulas legis, quæ testantur quid a nobis fieri velit Deus. Est metonymia, q. d. Ardeant ha lucernæ in Sancto ante Sanctum sanctorum.

Quatuor
officia sa-
cerdotum?

Tropologice, lucerne sunt Apostoli et Doctoris, quibus ait Christus: « Vos estis sal terra, et lux mundi. » Audi S. Paulinum, epist. 31, compellantem S. Augustinum, Ecclesie doctorem: « O lucerna digne super candelabrum Ecclesie posita, que late Catholicis urbibus de septiforme, pastum oleo letitiae lumen effundens, densam licet hereticorum caliginem discutis, et lumine veritatis a confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubilas! Os tuum fistulum aquæ vive, et venam fontis eterni merito dixerim: quia fons vive aquæ salientis in vitam aeternam Christus effectus est. Cujus desiderio sitiuit in te anima mea, et ubertate tui fluminis in eis consequenter, qui singuli haberent alium sibi superpositum: deinde juxta eos ponere ut alius simili ordo trum panum, cum tribus aliis et impositis. Probabile est quae singulos impositos fuisse magnis acetabulis, sive crateribus inferne, superne vero tectos fuisse (ne a pulveribus et a muscis fodarentur) aliis vasis, que thuribula vocantur, *Ezodi* xxv, 29, inquit Vilalpando et Vatabus. Denique utriusque panum ordine utrumque apponebatur, prima, una phiala, id est universum due phiales plene thare; secundo, vasculum sale plenum; tertio, cyathus cum vino utrumque, id est duo cyathi, qui pariter coepit fuisse videtur, tum ob muscas et pueras, tum ne vini vis evanesceret et asceretur.

Octavo, hi panes ex publico offerebantur, scilicet populus offerebat similam optimam, campanis pinabant Levite. Addit S. Hieronymus in *Matth.* i: « Panes, inquit, propositionis iuxta traditiones Hebraicas, ipsi sacerdotes serere, ipsi demere, ipsi molere, ipsi coquere debebant. » Verum haec traditio non convenit cum Scriptura, ne cum Josepho.

Denique cum panibus etiam vinum in hac mensa oblatum fuisse, ut integrum in ea Deo iugeque proponeretur convivium, docet ex Iosepho, et ex mensa in arcu triumphali Titi Romana sculpta. Vilalpando, lib. IV *De Templo*, cap. lxxv. Unde et verisimile est vivum, ut accessere, singulis sabbatis cum panibus renovationem fuisse, veteri in honorem Dei Iahua, id est effuso coram oraculo et Sancto sanctorum. Vinum enim Palestini, cum sit potissimum, facile ad 8 dies servari poterat: id enim experimur in vino Hispanico. Vilalpando tamen censet vinum, eodem die quo inferebatur, libatum fuisse.

Tropologice, hi panes significant opera misericordie, quibus ad Sanctum sanctorum, id est ad colum, accedimus, qui semper debet esse in conspectu Domini, qui semper ad ea parati esse debemus.

Secundo, debet esse duodecim, id est copiosi et liberales, ut non una die aut hebdomade, sed qualibet largam elemosynam demus: duodecim enim est symbolum universitatis.

Tertio, imponitur eis thus lucidissimum, quia haec charitatis opera fieri debent, non ad vanam gloriam auçupandam, sed solius Dei intulit, utque ei soli sacrificium hoc charitatis offeramus.

Quarto, imponitur *eis* sal, ut significetur cum discretione haec opera esse peragenda, ut magis indigenti et utili ea impendamus. Rursum, sal mortificationem, quae jejuniu aliisque modis fit, thus orationem, significat: nam, ut ait Angelus ad Tobiam, cap. XII: «Bona est oratio cum jejunio et elemosyna.»

Quinto, per singula sabbata mutantur, quia in die Dominica solent Christiani facere collectas elemosynarum, ut patet i Cor. XVI, vers. 1. Rursum, cum novum sabbatum venit, id est cum novum beneficium accipimus, aut receptione recordamus, novas elemosynas facere, Deoque per eas gratias agere debemus.

Sexto, panes erant azymi, quia elemosyna jungi debet cum puritate vite; erantique panes magni, quia magna debet esse elemosyna: nam, ut ait S. Chrysostomus: «Elemosyna non depauperat, sed dicit; promissum est enim: Date, et dabitur vobis.»

Septimo, seni erant a dextris, et seni a sinistris, quia tam in inimicos, quam in amicos benefici esse debemus, ut vincamus in bono malum.

Otavo, fiebant et simila optima, quia non vilia, sed meliora Deo et pauperibus sunt danda. Ita Ribera, lib. II *De Templo*, cap. XI. Audi illustris misericorditer et beneficenter apud Gentiles exemplum, quod refert Valerius Maximus, lib. IV, cap. viii: «Erat, inquit, opibus excellens Gilius; sed multo etiam animo, quam divitiae locupletior, semperque in ergoada potius, quam in contrahenda pecunia occupatus: adeo ut dominus eius quedam munificentie officina crederetur. Alimenta inopia laborantibus, doles virginibus paupertate pressis, subsidia detinoruntur in curso quassatis erogabantur. Hospites quoque benignissime excepti, variis muniberis ornati dimitebantur. Quodam tempore quingentes simul Gelensis equites, vi tempestatis in possessiones suas compulsi, aluit ac vestivit. Quid multa? non mortalem aliquem, sed proprie fortunae benignum diceres esse sinum, quod Gillius possebat, omnium quasi commune patrimonium erat.»

Quid jam faciat Christianus, quid Ecclesiasticus? sive domus eius elemosyna officina sit oportet, nisi ab Ethnico Gillia vinci velit. Habeat mensa pauperibus semper paratam, panes egenis semper propositos aut proponendos, ita cum S. Joanne Elemosynario a Deo benedictetur, et quo plus dabit, eo plus recipiet. Scriptum enim et promissum est ad ipsa Veritate: «Date, et dabitur vobis.» Audiat S. Chrysostomum, hom. 53 et 68 ad *Populum*: «Quo plura, inquit, dederit Deo, eo plus te diligit; quibus majora debet, plus tribuit et gratia, cum aliquem videt cui nihil debet, cum fugit et aversatur; cum vero intuetur eum cui aliquid debet, continuo ad eum accurrit. Omnia ergo tibi facienda sunt, ut Deum habeas debitorem.» Dices: Quomodo id efficiam? Res-

pondet Chrysostomus: «Nunc hujus rei tempus est: nunc enim esurit, nunc sitiit, nunc nudus est in pauperibus; cum vero haec vita elapsa fuerit, tui non indigebit; et nunc indigere vult propter te, Cibari a te vult, ut te cibet; induit, ut te induat. Pecuniam ergo contineat, ne contentari; ut dives sis, tua largier da; ut colligas, disperge: imitare seminante. Semina in benedictionibus, ut de benedictionibus et metas.» Quod si dicas: Proles mihī sunt ditandas; occurrit Chrysostomus: «Si filii, inquit, omnia dimittas, periculosa custodie tua cuncta commen- dasisti. Nam vero Deum eis reliquias heredem et tuorum, innumeros reliquias thesauros. Si vis filios divis in tuo reliquere, Deum ipsis reliquias debitorum, et hoc eis chirographum trade: Deus centuplum quod promisit, rependet. Deo ergo fomerare.»

Allegorie, panes hi significant Eucharistiam, Allegoria in qua sub specie panis corpus Christi proponitur. Ita S. Hieronimus in *Malach.*, Cyrilus, *co-significatio etiam triduum libram cum dimid. Singuli ergo hi panes erant 13 libram cum dimid. Magni ergo erant hi panes, et totam pene mensam (utpote parvam) occupabant: nimurum, magno Deo, et magna dona; magna reddenda sunt, præsorium a tota aliqua tribu et populo. Denique censit Vilalpando singulos hosce panes habuisse duo gomor farine, in memoriam ejus, quod Deus feria sexta, pro ea et pro sabato sequente (quo quiescendum erat), deploquet duo gomor manna, *Erod.* XVI, 22. Addit ipse et alii das decimas similis continuisse 12 libras, et addita aqua in pane 16 libras. Verum si nimis magi et inmanes fuissent hi panes; quod ut evident alii, ut Robertus Cenalis et Alcazar, qui exacte de prisca Hebreorum mensuri scripserunt, hic et alibi decimam accipiunt, non eph, sed gomor, cuius decima pars erant uncia pene 10, que die decimam confeccissent panem 19 circiter unciarium, id est unius librae, et septem unicarium. Verum huic sententia obstat, quod sacra Scriptura et Josephus assentant et exprimant hanc decimam esse assaronem, esseque decimam non gomor, sed eph, *Erod.* XVI, vers. ult. Addit: sic satis exigui fuissent hi panes. Maneat ergo quod dictum est, panes hos fuisse 13 libram cum dimidia.*

Vers. 6. 6. SUPER MENSAM PURISSIMAM, — super mensam auream.

Vers. 7. 7. UT SIT PANIS IN MONUMENTU OBLATIONIS DOMINI, — q. d. Panis iste sit iuge memoriale oblationis jugis, quam hoc pane Hebrei Domini faciunt; unde ex Hebreo illa veritas: *Potes super eos thus, et thus sit panis in memoriale ignitionis*, id est *ignita oblationis Domini*, q. d. Impones panibus thus, ut thus signifet panem Deo oblatum, et iugem hanc panum oblationem Domino fieri; thus enim soli Deo per ignem adoleatur. Aller vertunt et explicant Vatablus et Cajetanus, sic videbile, ut *thus sabbato vice panis fiat ignitio*, id est, in igne adolecat *Domino*; nam *memoriale cap. ii* et alibi vocatur *illa-pans minchah*, quae Domino adolebatur loco *tolius minchah* (1).

8. PER SINGULA SABBATA MUTABUNTUR, — in scilicet

(1) Recte Ludovicus de Dieu: *et Thus, quod panibus propositionis imponi jubetur, dictar fore panibus in celebrazione dei*, additumque explicacionis causa, *ignitum domino*, quia panis hys celebant sacerdotibus, at thus illud adolebatur Deo in laudem nominis sui. Cf. Bahr, *Symbolik des Mosaïch. Cultus. tom. I, p. 410.*

bras sui tritici, ex quo molitum est. Gomor ergo, sive assaron tritici Palæstine, continebat 5 libras farine cum 4 uncias; duo gomor, et panis inde confectus continebat 10 libras cum 8 uncias. Illi adde pondus aquæ, quæ miscetur farine, ut fiat panis; quod nondū facile est quartâ pars ponderi farinae: nam tres unciae farine facile, ob aquam immixtam, dant quatuor uncias panis, ut nostri pistores testantur; quare 10 libras, cum 8 uncias duorum assaronum farine, dabant ab aquam immixtam panis libras 13 cum dimidia.

Singuli panes prædicti erant triduum libram cum dimid. Singuli ergo hi panes erant 13 libram cum dimid. Magni ergo erant hi panes, et totam pene mensam (utpote parvam) occupabant: nimurum, magno Deo, et magna dona; magna reddenda sunt, præsorium a tota aliqua tribu et populo. Denique censit Vilalpando singulos hosce panes habuisse duo gomor farine, in memoriam ejus, quod Deus feria sexta, pro ea et pro sabato sequente (quo quiescendum erat), deploquet duo gomor manna, *Erod.* XVI, 22. Addit ipse et alii das decimas similis continuisse 12 libras, et addita aqua in pane 16 libras. Verum si nimis magi et inmanes fuissent hi panes; quod ut evident alii, ut Robertus Cenalis et Alcazar, qui exacte de prisca Hebreorum mensuri scripserunt, hic et alibi decimam accipiunt, non eph, sed gomor, cuius decima pars erant uncia pene 10, que die decimam confeccissent panem 19 circiter unciarium, id est unius librae, et septem unicarium. Verum huic sententia obstat, quod sacra Scriptura et Josephus assentant et exprimant hanc decimam esse assaronem, esseque decimam non gomor, sed eph, *Erod.* XVI, vers. ult. Addit: sic satis exigui fuissent hi panes. Maneat ergo quod dictum est, panes hos fuisse 13 libram cum dimidia.

*Decimam non eph, sed gomor accipiunt, non eph, sed gomor accipiunt, non eph, sed gomor, cuius decima pars erant uncia pene 10, que die decimam confeccissent panem 19 circiter unciarium, id est unius librae, et septem unicarium. Verum huic sententia obstat, quod sacra Scriptura et Josephus assentant et exprimant hanc decimam esse assaronem, esseque decimam non gomor, sed eph, *Erod.* XVI, vers. ult. Addit: sic satis exigui fuissent hi panes. Maneat ergo quod dictum est, panes hos fuisse 13 libram cum dimidia.*

Vers. 6. 6. SUPER MENSAM PURISSIMAM, — super mensam auream.

Vers. 7. 7. UT SIT PANIS IN MONUMENTU OBLATIONIS DOMINI, — q. d. Panis iste sit iuge memoriale oblationis jugis, quam hoc pane Hebrei Domini faciunt; unde ex Hebreo illa veritas: *Potes super eos thus, et thus sit panis in memoriale ignitionis*, id est *ignita oblationis Domini*, q. d. Impones panibus thus, ut thus signifet panem Deo oblatum, et iugem hanc panum oblationem Domino fieri;

thus enim soli Deo per ignem adoleatur. Aller vertunt et explicant Vatablus et Cajetanus, sic videbile, ut *thus sabbato vice panis fiat ignitio*, id est,

in igne adolecat *Domino*; nam *memoriale cap. ii* et alibi vocatur *illa-pans minchah*, quae Domino adolebatur loco *tolius minchah* (1).

8. PER SINGULA SABBATA MUTABUNTUR, — in scilicet

et nimirum desiderant aut corrumpantur, fiantque inepti ad esum. Ita Abulensis.

SUSCEPTE A FILIS ISRAEL, — q. d. Quorum materna, id est farina, data sit a filiis Israel, sed pista a Levitis.

FOEDERE SEMPER TERO, — quia hi panes sunt quasi symbolum perpetuum foderis initio inter me et populum, illiusque memoriam continuo ingerunt. Simile dixi de sale foderis, cap. II, 12.

Hinc censit Abulensis etiam tempore schismatis sub Jeroboam, semper panes hosce fuisse Domino oblatos, cosque, numero 12, ut præscriptum est vers. 6, tum quia multi ex duodecim tribubus in hoc schismate adheserunt duabus tribubus, Deo et templo; tum quia hic dicitur hosce panum ritus servandos esse foderre sempertero, id est quādū duratura erat lex vetus et judaismus. Simili modo duodecim lapides in rationali manserū tempore schismatis, inmo post eversiōē decem tribuum; nam Josephus testatur eis vidisse in rationali.

9. ERUNT AARON ET FILIORUM EIUS, UT COMBINANT EODI IN LOCO SANCTO, — in atrio tabernaculi. Non est verisimile, crescente numero sacerdotum, duodecim hosce panes fuisse dispersitos per omnes omnino sacerdotos: sic enim quisque ex eis non habuit frustulum; sed cum sacerdotibus distributi essent in 24 classes, ut patet *I Paralip.* XXIV, quarum queque sicut septimanam ministeri per vices obibat in tabernaculo, verisimile est quamvis classem panes sicut septimanam inter se distribuiri. Ita Abulensis. Ex hoo loco colliguntur solis masculis filii sacerdotum edere licuisse hos panes; atque hoc est quod ait Christus, *Math.* XII, 5: «Quos (panes propositionis) non liebeat ei edere, nisi soli sacerdotibus.» Hoc etiam indicant his sequentia: «Quia Sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini», q. d. Panes hi comedentur: tantum a sacerdotibus eorumque filii, quia sanctissimi habentur, et sunt inter oblationes Domini; offeruntur enim in ipso Sancto, cum ipse victimæ offerantur extra Sanctum in atrio; quae autem valde sancta erant, hec a solis masculis stirps sacerdotalis comeduntur, ut colligunt *Numer.* XVII, 10.

Nota: Panum horum oblatio non erat sacrificium propriæ dictum; nulla enim in his fiebat immutatio. Vocant ergo hic sacrificium, id est oblatio, per catachesin. Noster tamen Gabriel Vasquez, illi part., disput. 220, num. 28, censet hosce panes fuisse sacrificia: quia, inquit, coquebantur a sacerdotibus in cibano, idque in loco sancto, puta in atrio, quasi hæc coctura fuisse et incertum est, ut iam dixi, et insufficiens; nam in cibano farina immutabatur, non panis. Adeo, hec coctura et immutatio fiebat in cibano, non in altari; altare autem est proprius locus sacrificii: unde et mincha sive panis coctus in sarcagine, craticula aut cibano, non erat sacrificium

nisi cum in altari pars ejus adolebatur Deo, ut patet *Lovit.* n.

10. ECCE AUTEM EGRESSUS, etc., JURGATUS EST, — q. d. Ecce autem ceperit jurgari *Egyptius*; sic enim egredi subinde capitur pro aggressi et incipere quippiam, ut *Ezod.* ii. 4; *Deuter.* xiii. 43. Intexitur huc historia hic, quia contigit sub idem tempus, quo date sunt praecedentes leges. Causa jurgii non exprimitur. Judei dicunt eum exilium esse, eo quod esset ebrius. Verum hoc refutat Abulensis; nam Hebrei in deserto carebant vino et siro, alio solo mama et aqua vivebant, neque excedebant in cibo et potu, sed aequa multum quiete comedebant, videlicet unum gomor. Alii suspicuntur cum voluisse figere tabernaculum cum Danitis, eo quod esset ex matre Danita, licet patrem haberet *Egyptium*, indeque ortum esse iurgium; verum et hi divinatum.

11. CUM BLASPHEMASSET NOMEN DOMINI, ET MALEDIXISSET. — Iudei vertunt, protulit illud nomen (Dei scilicet tetragrammaton, quod antonomastice vocatur *שְׁמָה hassem*, id est nomen), et maledixit. Unde putant ipsi eum dum poca peccata admisisse: primum, quod pronuntiaverit nomen Dei tetragrammaton, quod J. dicit est ineffabile; secundum, quod maledixerit (i). Verum errant, unum enim tantum fuit ejus peccatum, scilicet blasphemia seu maledictum in Deum. Unde Hebrae ita verenda sunt, perforavit, id est blasphemavit, illud nomen (sanctum et augustum Dei), et maledixit; *כִּי נָקַב* enim, sive *כִּי נָקַב* significat cavarre, perforare, et inde per metaphoram evanescere honorem, id est maleficere et blasphemare.

Fabulantur Rabbini blasphemum hunc fuisse filium illius *Egyptii* quem occidit Moses, *Ezod.* ii. 12, quodque ipse Deus primo blasphemarit, deinde Mosi maledixit, volens ulcisci mortem patris sui; Deus vero, curam habens suorum, magis voluit ulcisci injuriam Mosis quam propriam, ideo dixit: *Eduis maledictum, et non: Edue blasphemum; ita isti fabularum figuli.*

Allgorice, blasphemus hic significat Antichristum, ait Radulphus: erat enim de tribu Dan, ex qua pariter nascetur Antichristus; unde omnes Daniti Antichristos, quasi cognato suo, adhærebeant, et vii illus ex iis Christi creditur est; ideoque *Apocal.* vii, ubi singulis tribus electi signantur et enumerantur, sola tribus Dan omittitur, uti exponunt ibidem Arctos, Beda, Haymo, Anselmus, Rupertus et Ireneus, lib. V, cap. xxx. Mater blasphemus vocatur *Saturni*, id est retributio, filia *Dabri*, id est loquela, quia damnatio cui Antichristus destinatus est, blasphemus ejus retribuetur: lapidabit eum cinnis populus, quia omnes electi in die dejectionis ejus, eum condemn-

(1) Drach quoque verbum *בְּדַע* verit explicitavit, directe expressit. Vid. *De l'Harmonie entre l'Eglise et la Synag.* tom. I, p. 513 seqq. Cf. *Ibid.* p. 408.

14. PONANT OMNES QUI AUDIERUNT (blasphemiam Vers. 14. ejus) MANUS SUAS SUPER CAPUT EIJUS, ET LAPIDET EUM POPULUS UNIVERSUS. — Moris erat apud Judeos, ut Testes super caput rei manus imponerent, quasi imponebant manus suas, curf

significantes hoc caput esse impium contra quod referant testimonium, ideoque mortis esse reum, *reum, curf*

Addit Lyranus eos dicere solitos: « Malitia tua te adduxit ad mortem, non nos; » quasi dicent: Tu capiti mortem tuam imputa, non nobis. Unde super caput alienus manus imponere, est contra eum ferre testimonium, ut palat *Don.* xiiii. 34. Aliam causam dat Oleaster, videlicet impossum veteres manus super caput rei, tanquam super hostiam piacularum; huic enim manus imponebantur, ut patet ex dictis cap. iv, 4 et 24, et cap. xvi, 24. Blasphemia enim, idolatria et similia gravia crimina, nisi vinclentur, videuntur sui enormitate assistentes et vicinos, adeoque totam regionem polluere, et reddere obnoxiam divinae vindictae; quam ut avertant, Deo nocentem et reum dedunt, manusque et imponunt, quasi hoc ritu reipsa precentur, ut Deus in eum omnem peccati ponam devolat, nec in regionem aut populum crimen admissum vindictet. Simili modo idololatria manus imponi jussit Deus, *Deuter.* vii, 7. Vide *Blasphem.* *Deuter.* xxi, 6, 7, 8, 9. Merito autem, inquit Thos. ^{mi} patrodotus, *Quest.* XXXIII, blasphemie aplavit legem et ponam homicidium, ejusque reum lapidari justit, quia blasphemator. Crederem cum interficerem non possit, lingua ferit. *Dirige S. Augustinus* in illud *Matth.* xxvi, 63, *blasphemavit*: « Non minus, ait, meis manibus Hallensi mulierculae (ita vocabat statuam B. Virginis) nasum abscondam. » Audit Virgo et procerat ut eidem plumbe grande ex urbe missa nissa auferatur. Vixit illa miser, nomine Joannes Zwickerius, fuitque ipsiusmet Hollandis assiduo ludibrii multos annos, et forte etiamnum vivit: res est notissima.

Episcopus cum clero Litanias per nauros decantabat; audiens id sacerdos apud Gothos captivus exclamavit: « Cassa spu duceris, *Aniane*, si versis adversarios abigi posse credis, eadem prelationes alii urbis non profuerint. » Audierunt Sancti, et illico blasphemum vita spoliaverunt.

Julianus Apostata in bello Persico, divinitus lancea inter costas percussus, sanguinem suum manu in coelum jaculatus: « Exple, inquit, iram tuam, Galilee (ita Christum vocabat), viciisti, viciisti. » Ita Sozomenus, Rufinus, Eutropius.

Arius in Filium Dei blasphemus, alvum purgatur, viscera effudit et expiravit.

Nestorii lingua a vermis erosa est, eo quod dixisset B. Virginem esse Christiparam, non Beiparam.

Olympius Episcopus Arianus, Carthagine in Elyanensium balneo lavans, cum Trinitatem publice blasphemaret, tribus ictus jaculsi, tanquam fulminibus consumptus est, anno Christi 510. Testis est Paulus Diaconus, lib. XV in *Asiastico*.

Fredericus II imperator dicitur: « Tres fuerunt insignes impostores, qui humanan genus seduxerunt, Moses, Christus Mahomet; unde ab Innocentio IV in Concilio Lugdunensi damnatus, imperioque spoliatus est, anno Christi 510. Refert hanc iei blasphemiam Lipsius, libro I *Monit. politie.* cap. IV. Ista vetera, hec nostri sunt aeti et soli.

Heretici Hallas (opidum id est prope Bruxellas, statua B. Virginis miraculosa celebre) capere cogitabant. Ex illis unus accedens ad urbem: « Ego, ait, meis manibus Hallensi mulierculae (ita vocabat statuam B. Virginis) nasum abscondam. » Audit Virgo et procerat ut eidem plumbe grande ex urbe missa nissa auferatur. Vixit illa miser, nomine Joannes Zwickerius, fuitque ipsiusmet Hollandis assiduo ludibrii multos annos, et forte etiamnum vivit: res est notissima.

Decem sunt anni, ex quo Hollandi B. Virginis

Sicheanaensis sacellum expilarunt: ab illo tempore Ostendam perdidérunt, omniaque illis infelixiter (cum prius feliciter) cessarunt. Fuit inter eos eques habens equum executientem, qui veniens ad sacellum irridens dixit: « Si Maria hic miracula facit, illuminet meum equum. » Audit Virgo blasphemum, moxque equo visum restituit, ipsum vero equum blasphemum excecavit. Id ante mortem, et in morte confessus fuit socius ejus, qui ob aliud crimen Weerteli extremitate supplicio affectus est, uti ipsem Weertensis Praetor, qui supplicio et questione praefuit, scripsit ad me, qui tum ad B. Virginem Sichenensem in missione degebam, et mira Virginis ope manus Hollandorum effugi.

15. PECCATUM, — penam peccati.

16. QUI BLASPHEMAYERIT, MORTE MORIATUR, etc., SIVE ILLE CIVIS, SIVE PEREGRINUS FUERIT, — etiam Gentiles et incircumcisus. Hic enim ex more et jure gentium, sortiatur forum Judaicum ratione delicti ibi commissi, siue blasphemus hic, licet *Egyptius*, Mose tamen et Iudeis supplicio affectus est.

18. REDDET VICARIUM, ID EST ANIMAM PRO ANIMA, — puta animal vivi in vice animalis a se occisi.

19. QUI IRROGAYERIT MACULAM, — id est cicatricem, aut multilationem, ut sequitur.

20. FRACTURAM PRO FRACTURA, — ut si frerget alteri pedem vel manum, eidem frangatur pes vel manus.

21. QUI PERCUSERIT (occiderit) HOMINEM, PUNIETUR. — Hebraice, morietur, puta occidetur; repetit enim hic generatim legem talionis vers. 17 propositam, quam hucusque variis exemplis illustravit. Probabile est, inquit Abulensis, quod nonnulli Doctores assurunt, scilicet penam talionis debuisse irrogari a judice, si lesus illam petret; quod si non petret eam, sed mallet pecuniam, tunc judex non tenebat, *imo non poterat infligere penam talionis.*

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Describitur annus septimus remissionis, et vers. 8, annus quinquagesimus jubileus, quo omnes redibant ad pristinas suas hereditates, et servi Iudei manumittiebantur, flебantque liberti, vers. 39.

1. Locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens: 2. Loquere filii Israel, et dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, sabbatum sicutum Domino. 3. Sex annis seres agrum tuum, et sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus ejus; 4. septimo autem anno sabbatum erit terra, requietio Domini: agrum non seres, et vineam non putabis. 5. Quae sponte gignet humus, non metes; et uvas primiaria tuarum non colliges quasi vindemiam: annus enim requietio terra est; 6. sed erunt vobis in eum, tibi et servo tuo, ancillæ, et mercenario tuo, et advenæ,

qui peregrinantur apud te, 7. jumentis tuis et pecoribus, omnia quae nascentur, præbebunt eibum. 8. Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta novem; 9. et clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in universa terra vestra. 10. Sanctificabisque annum quinquagesimum, et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terra tuae ipse est enim jubileus. Revertetur homo ad possessionem suam, et unusquisque rediet ad familiam pristinam; 11. quia jubileus est et quinquagesimus annus. Non seretis, neque metetis sponte in agro nascentia, et primitias vindemias non colligitis, 12. ob sanctificationem jubilei, sed statim oblatæ comedetis. 13. Anno jubilei redient omnes ad possessiones suas. 14. Quando vendes quipiam civi tuo, vel emes ab eo, 15. et juxta supputationem frugum vendet tibi. 16. Quanto plures anni remanserint post jubileum, tanto crescat et pretium: et quanto minus temporis numeraveris, tanto minoris et emptio constabit; tempus enim frugum vendet tibi. 17. Nolite affligere contributes vestros, sed timeat unusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester. 18. Facite præcepta mea, et iudicia custodite, et implete ea, ut habitare possitis in terra absque ullo pavore, 19. et gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini usque ad saturitatem, nullius impetu formidantes. 20. Quod si dixeritis: Quid comedemus anno septimo, si non severimus, neque collegomus fruges nostras? 21. Dabo beneficium meum vobis anno sexto, et faciet fructus trium annorum, 22. seretisque anno octavo, et comedetis veteres fruges usque ad nonum annum: donec nova nascentur, edulis vetera. 23. Terra quoque non vendetur in perpetuum; quia mea est, et vos advena et coloni mei estis. 24. Unde cuncta regio possessionis vestrae sub redemptoris conditione vendetur. 25. Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam, et voluerit propinquus ejus, potest redimere quod ille vendiderat. 26. Sin autem non habuerit proximum, et ipse pretium ad redimendum potuerit invenire, 27. computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit; et quod reliquum est redidet emptori, sive recipiet possessionem quam: 28. quod si non invenerit manus ejus ut reddat pretium, habebit emptor quod emerat, usque ad annum jubileum. In ipso enim omnis venditio redibit ad dominum, et ad possessorem pristinum. 29. Qui vendiderit domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus impleat annus. 30. Si non redemerit, et anni circulus fuerit evolutus, emptor possidebit eam, et posteri ejus in perpetuum, et redimi non poterit, etiam in jubile. 31. Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum jure vendetur: si ante redempta non fuerit, in jubile revertetur ad dominum. 32. Aedes Levitarum, quæ in urbibus sunt, semper possunt redimi: 33. si redemptæ non fuerint, in jubile revertentur ad dominos, quia domus urbium Levitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel. 34. Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio semiperla est. 35. Si attenuatus fuerit frater tuus, et infirmus manu, et suscepis eum quasi advenam et peregrinum, et vixerit tecum, 36. ne accipias usuras ab eo, nec amplius quam dedisti. Time Deum tuum, ut vivere possit frater tuus apud te. 37. Peccatum tuum non dabis ei ad usuram, et frugum superabundantiam non exiges. 38. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut darem vobis terram Chanaan, et essem yester Deus. 39. Si papertato compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes servitutem famularum; 40. sed quasi mercenarius et colonus erit: usque ad annum jubileum operabitur apud te, 41. et postea egredietur cum liberis suis, et revertetur ad cognationem et ad possessionem patrum suorum. 42. Mei enim servi sunt, et ego eduxi eos de terra Ægypti; non veneant conditione servorum. 43. Ne affligas eum per potentiam, sed metuendo Deum tuum. 44. Servus et ancilla sint vobis de nationibus quæ in cir-

cuitu vestro sunt. 45. Et de advenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos, 46. et hereditario jure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in aeternum; fratres autem vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam. 47. Si invaluerit apud vos manus advenae atque peregrini, et attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe ejus, 48. post venditionem potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum, 49. et patruus, et patrueus, et consanguineus, et affinis. Sin autem et ipse potuerit, redimet se, 50. suppeditatus duntaxat annis a tempore venditionis suæ usque ad annum jubileum; et pecunia, qua venditus fuerat, juxta annorum numerum et rationem merecendi suppeditata. 51. Si plures fuerint anni qui remanent usque ad jubileum, secundum hos reddit et pretium: 52. si pauci, ponet rationem cum eo juxta annorum numerum, et redditum emptori quod reliquum est annorum, 53. quibus ante servivit mercedeibus imputatis: non affliget eum violenter in conspectu tuo. 54. Quod si per haec redimi non potuerit, anno jubile egredietur cum liberis suis. 55. Mei enim sunt servi, filii Israel, quos eduxi de terra Ægypti.

Vers. 2.

2. QUANDO INGRESSI FUERIS TERRAM QUAM EGO
ANNUM VOBIS, SABBATIZES SABBATUM DOMINI, — id
est, observate sabbatum seu quietem terre, fa-
cete ut terra septimo anno quiescat. Unde He-
brei, Chaldea, Septuaginta et nonnulla Latina
habent, sabbatizet, id est quiescat, terra sabbato
Domin, id est, quiete ordinata ad honorem et
cultum Domini. Erat enim hæc lex ceremonialis
cultum cœlum divinum, jubensque celebrari
communitate ab omnibus annum septimum sicut
dieni septimum: annum ergo septimum quisque
erat sabbatum, id est quies terra; inde hi anni
vocati sunt sabbatici. Hoc terra sabbatum insi-
tituit Deus, in ipsa vacatio terra, ait S. Augustinus,
Quest. LXXXIX, esset velut merces habitationis,
et quasi pretium redemptum ab illo cuius est,
id est ab ejus creatore Deo, ut scilicet Hebrei pri-
terra sibi a Deo data, illi hoc sabbatum, quasi
cultum et hommagium, pudiad rependerent.

In deser-
to non
serva-
ruct an-
num re-
mendan-
te judi-
cione
vers.
Nota r̄ quando ingressi fueris terram: nam
ante ingressum, puta in deserto, hæc lex anni
septimi, ut et jubilei, observata non fuit. Annus
enim septimus, et jubileum, sunt inductæ ad sol-
venda debita, labores et servitudes; jam nulla
erant debita in deserto, cum nulla ibi esset in-
pis; nec ibi laborabant, aut terram colebant,
cum omnes et cœlo æquiter alerent manna,
et vestientur isdem semper vestibus manentibus
integræ et incorruptæ, ut patet Deuter. viii, 4.
In deserto quoque non erant servitudes, que
proper hæc debita et necessitates corporales,
apud Iudeos inductæ sunt, ut inmutat vers. 30.

QUANDO INGRESSI FUERIS TERRAM, — suppone et
possederis, ut eam colere possis; nam, ut se-
quitur: Sex annis seres agrum tuum, septimo
autem anno sabbatum, id est quies, «erit terra.»
Non poterat ergo annus tam sabbaticus quam jubilei
(nam ex annis sabbaticis dependet, et com-
putandus est annus jubilei, ut mox dicam) cum
annus sabbaticus quisque annus erat sabbaticus;
aliquæ post septem annos sabbaticos, puta
post 49 (sepibus enim septem sunt 49) annos com-
pletos, annus sequens quinquagesimus erat ju-
bileus, ut patet vers. 8. Primum ergo jubileum
numerari coepit ab anno mundi 2500, qui annus
fuit jubileum mundi quinquagesimus, et quinque-
gigesimo 50 faciunt 2500; hoc ergo anno mundi
2500, exit jubileus mundi 50 et incipit 51. Exente

ergo jubile mundi quinquagesimo, succedit numeratio annorum jubileorum Mosis, ita ut quinquagesimus primus jubile mundi sit initium et exordium primi jubilei Mosaicum; ita ut exinde anno quinquagesimo, puta anno mundi 2300, celebratum sit primum jubileum Mosiacum. Hinc sequitur Christum natum esse in fine vigesima noni jubilei Mosaicum. Nam primus jubileus Mosiscepit anno mundi 2300, a quo, si jubileos per 50 annos numeres, usque ad annum mundi 3930 quo natus est Christus, invenies usque ad Christum fluxisse prece jubileos 29.

3. UVAS PRIMITARIARUM TUARUM NON COLLIGES. — « Uvas primitariarum, » quas scilicet anno septimo, quasi primo septenni sequentes, velut primitas Domini, ut scilicet a pauperibus colligantur, in Dei honorem relinquuntur. Unde hebrei ha uve vocantur **תְּנִזְעֵרָה**, id est nazareum, hoo est **sanctificationis**, ut vertunt Septuaginta, vel **separationis**, ut Chaldeis, quas videlicet anno hoc septimo intactas relinquebant, Deoque quasi separabant (4). Quatuor ergo erant insignia et privilegia anni septimi, sive sabbatici. **Primum**, quod eo anno Judei non poterant serere, non metere, non putare, non vindemiar, sed quies dabant agris et vineis, atque fructus ex his sponte enati, erant communes omnibus hominibus et animalibus; vide dicta *Exod. xxii, 11*. **Secundum**, quod anno hoc septimo fiebat remissio omnium debitorum, si es, qui debebat, genero Iudeus erat, non autem si peregrinus et Gentilis; id patet *Deuter. xv, 2* et sequent. Que sane lex insolita et mira fuit. Unde *Deut. xxv, 9*, dicitur: « Cave ne dicas in corde tuo: Appropinquit septimus annus remissionis, et avertas oculos tuos a paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare, sed dabis ei, nec ages quippe calide in ejus necessitatibus sublevandis; » et mercede admitt, dicens: « Ut benedic tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, et in cunctis ad que manum miseres. » Si hanc legem remissionis debitorum serves, Deus tibi debitum omne sua beneficia abunde compensabit. Nam, ut ait Sapiens, *Prov. xix, 17*: « Fenerator Dei, qui miseretur pauperis, et vicissitudinem suam reddet ei. Tertium*, quod anno erat remissio et soluto servitibus: servi enim Hebrei manumittebantur, ut patet *Ezodi xxi, 2*. Vide ibi dicta. Sin servus non esset Hebreus, sed alienigena, perpetuo manebat servus, ut hio dicitur vers. 46. *Quartum*, hoc anno jussum est legi Deuteronomiorum coram toto populo, *Deuter. xxxi, 40*.*

(4) Hebr. est, **sponte nascentis messis tuae**, quae sponte nascentur e granis messis anni precedenter inter metendum, et **uvas vinearum tuae non putare**, translatione a **תְּנִזְעֵרָה**, **Nazirero**, duxa, quod, sicut ejus casarier non tenebatur, ita palmaries, qui sunt come vitis, septimo anno non putari essent. Sic *Proprietatis*, lib. II, *Eleg. 15*:

*Hic assidue tauros speciales arantes,
Et vitem doctam ponere false comas.*

Horum annorum sabbaticorum, quoc a Judaeis servatis vel neglecti sint, mentio est *Jerem. cap. xxix, 14*, et *IV Reg. xix, 29*, et *I Machab. vii, 53*, et apud Josephum, lib. XIII, cap. xv, et lib. XIV, cap. xviii.

8. 9 et 10. **NUMERABUS QCOQUE TIBI SEPTEN HEBDOMADAS ANNORUM, etc., ET CLANGER BUCCINA MENSEM SEPTIMO, DECIMA DIE MENSIS, SANCTIFICABISQUE ANNUM QUINQUAGESIMUM.** — Describitur hic annus jubileus: jubetur hic ergo ut anno non 50, sive jubilei, ut vult Serarius, sed 49 precedente jubileum clangant, et promulgant, sequentem annum quinquagesimum fore jubileum, ut quisque ad eum se disponat; nam annus 49 non erat annus jubilei, sed erat annus sabbaticus.

Errare ergo videntur Radulphus, Hugo Cardinals, Gerardus Mercator in *Chronolog.*, et Josephus Scaliger, lib. V, qui putant annum 49 fuisse jubileum, eum tamen dici, et esse quinquagesimum, si in hoc numero comprehendens annum quinquagesimum, sive jubileum precedentem: hunc enim debere numerari, et ab eo indehanciam esse numerationem anni 30, sive jubilei sequentis. Errant, inquam, quia sic iste annus 50 non numeratur, scilicet **primo**, cum est ultimus et 50, sive jubileus: **secundo**, prout idem est initium jubilei sequentis. Unde hanc sententiam refutant S. Cyrilus, Ambrosius, Clemens, Beda, S. Hieronymus, Cassiodorus, Isidorus, Abulensis, Olearius, et ex iis fuse Serarius in *Josue xiii, Quest. XIV*,

Hinc errant iidem **secundo**, dum putant coincidisse annum jubileum cum sabbatico, ne duo, inquit, anni otii concurrent; hinc enim sequeretur, vel jubileum celebratum esse anno non 50, sed 49, vel annum sabbaticum celebratum esse, non septimo, sed octavo anno, quorum utrumque repugnat huius sanctioni Dei. Annus ergo 49 erat sabbaticus, sequens vero 50 erat jubileus: quod intellige de primo jubileo, nam sequenti, sive secundo jubileo, inter annum sabbaticum et jubileum intercesserunt unus annus, tertio vero jubileo intercesserunt duo anni, quartu, et ita consequenter, usque dum redditu tertiij jubilei coincident annus sabbaticus et jubileus. Cujus rei ratio et origo erat, quod jubileu sequens semper a precedente jubileo, sive anno 50 numerabatur, annus vero sabbaticus semper a priore sabbatico, sive septimo computabatur. Hinc enim fit ut singuli jubilei uno anno distent a 7 sabbaticis, sive 4 annis, quod videbis ad colum, si hococe annos duplices; his enim 49 faciunt 98: ergo annus 98 erat decimus quartus sabbaticus, cum secundus jubileus esset annus centesimus. Parte modo si 49 triplices, efficies 147, ita ut annus 147 fuerit vigesimus primus sabbaticus, cum tertius jubileus esset 450; ubi clare vides duos annos intercisi inter sabbaticum et jubileum, quod ordine fuit tertium. Octavo ergo quolibet jubileo, consequerantur sese immediate

Non colles
annus ja
bileus
cum sab
batico,
sed esa
sequenti
tur.

annus sabbaticus et jubileus: itaque tunc Judei duos consequentes annos habebant otii, quibus nec serere, nec metere licet; sed Dominus promiserat se in eos annos Hebreis datum plenum, immo triplum messis solita, ut patet hic vers. 21. Idem acciderit Christianis, si festa servarent, uti debent (1).

Symbolice, Franciscus Valesius, *De Sacra Philosophia*, cap. xxi: Deus, inquit, jubileum per 7 annorum septennium constitutum, appositus ad annos climacterios, id est scalares. Il sunt qui singuli septennia clauduntur, puta annus 7, 14, 21, 28, 35, 42, sed maxime 49 et 63, eo quod 49 ex

(1) *Alia negae indocta ratione hanc controversiam derivavit J. G. Franke in Novo systemate chronologia fundamentali*, Gotting. 1778, ubi postquam ostendisset, veterum Hebreorum annos fuisse *anno-solares*, qui tam ad annum, quam ad solem significaverunt, ita tam ad lunarios tantum temporis significaverunt, quantum ad illas solaribus expanditos sufficiat, illudque adiectum *epactam* vocari, pro quo ratione annorum vel *tricopia*, vel *civitas*, quorum illa ad annos naturales, hec vero ad annos civiles pertinet; et postquam ostendisset, cyclum Jubileum esse *cyclum epactum astronomicum*, sive *pergit*: Forma igitur annorum cycli Jubilei constituta, et ejusdem cycli rigitur probata, queritur nunc, quid *anno quinquagesimo*, quem Deus, ut annum Jubileum, sanctum haberi precepit, censendum sit? Non desunt hic, qui hunc annum ut pecuniarum et ab anno 49 distinctum considerent, illunque annum Jubileum, annum 49^{um} sequentum autem. Verum quum annus Jubileus etiam *Sabbaticus* fuerit, et Deus quicunque agrom non nisi post 6 agricolis annos observari jussert, annus 49, qui in cyclo fuit Sabbaticus septimus, etiam annum Jubileum fuisse necesse est. Si enim Jubileus a Sabbatico septimo diverso esset, agri per duos annos otiosi et feriatis manissem, et famis inde ora fuisse, cuius rei insustitutum in sacris litteris vestigium, nullumque legislatoris monitum appareat. Quonodo *quinquagesimus nonus* annus simus quinquagesimus esse possit, id ex interna cycli Jubilei constructione et annorum hujus cycli forma optime declarari potest. Constat nempe hic cyclus ex 49 annis solaribus naturalibus, quibus astronomicos aqu. Ies sunt 50 annis lunares et sex menses syndicti, seu secundum computum civilem 50 anni, 6 messeus et 18 dies. Hinc annus 50 lunaris cum sex mensibus in unum annum 49 inclusus est, ut vere dei possit: *annus 49 idem simul est 50 annus*. Idem in opere annorum 49 probari potest. Epacta per annos numeratos naturales sunt 552 dies, et civiles 550 dies: hos si addis diebus, quibus 49 annis lunares vel naturales, vel civiles constant, convenientiam facili inveneris. Id quod clarissim patet et designatione, quam Frankius, p. 12 subiicit. Annus 50 lunares non esse separatum, sed in anno 49 solaris. Claram, cumque ipsam constituere, inquit illud, quod Hebrei hoc versus sanctum habere jubar *annum anni hujus quinquagesimam*, quod repetitor vers. 11 hisce verbis: annus quinquagesimus hujus anni sit vobis jubileus. Terminis enim, a quo annos jubileus iniret, erat dies undecimus mensis septimi anni 50, qui jam cum mense Nisan inerat; hinc annus jubileus erat altera pars anni 50 lunaris, et usque ad finem anni 49 solaris porrigitur. Continebat autem hic annus cum sex mensibus antecedentibus, a quo tot dies epactarum, quot in annis 49 lunaris intercalabatur, furent, ut hi annis 49 solaribus adequatebantur. Intelligi ex his potest, annum hunc jubileum embolium, seu intercalare esse.

Alia fe
ta a Ni
san, jub
leus a
Terci in
cepit.

Mysteria septenaria (que continent annus sabbaticus et jubileus) afferam *Deuter. v, 12*.

9. **MENSE SEPTIMO DECIMA DIE MENSIS.** — Nota: Vera. 9. Alii *Judeorum* festa incipiebant a Nisan, id est marcio; hic enim primus erat mensis anni sacri, ut patet *Ezodi. xii, 1*. Annus vero sabbaticus et jubileus non incipiebant a Nisan, ut vult Abulensis, sed a Tisri, sive mense septimo, qui erat initium anni communis et profani. Ita Burgensis, Pererius, Scaliger, et ex iis Serarius in *Josue xiii, Quest. XIV*. Ratio erat, quia si hi anni cum certis festis incipissent a marcio, tunc Judei perdidissent messem illius anni, qui sequebatur martium: hisce enim annis, utpote sabbaticis, erat sabbatum, id est quies terra, ita ut nec metere, nec serere licet; quare perdidissent tunc Judei messem instantis, et etiam sequentis anni: cum enim illo anno serere non possent, consequenter sequentis anni estate metere non poterant. Quare in octavo jubileo, cum concurreret annus sabbaticus et jubileus, ita ut jubileus proxime sequebatur sabbaticum, perdidissent messem trium annorum. Jam vero incipiendo a Tisri, sive mense septimo, perdebant uti sementem, ita et messem illius unius tantum anni, duorum vero non concurserent annus sabbaticus et jubileus.

PROPIATIONES TEMPORE, — pula in die et festo Expiations, quod celebrabatur decima die mensis septimi, ut dictum est cap. xxxii, vers. 27: illo enim die in universa terra Israel, uti hic dicitur, in singulis urbibus buccinatores erant, qui clangores buccine jubileum fore proximo anno proclamarent. Apte id fiebat in festo propitiacionis, quia in jubileto futura erat plena remissio et propitiatio.

10. **SANCTIFICABISQUE** (id est, sanctum et mihi dicatum denuntiabile proximum) **ANNUM QUINQUAGESIMUM.** — Vide *Can. 14*. Altera Riba: « sanctificabis, » inquit, id est praeparabis populum celebratim anni 50. Sic *sanctificare* sumitur pro preparare, *Isaiae xiii, 3*. « Ego mandavi sanctificatio mea, » id est, Persis et Medis, quos preparavi ut delectant imperium Chaldeorum.

Sanctifi
care pro
propria
re.

ET VOCABIS REMISSIONEM, — id est, proclamabis in jubileto anno fore remissionem servitulum, debitorum et bonorum alienatorum. Si enim anno sep-

Primo,

Iobel et jubileus. timo fiebat remissio debitorum, ut patet *Deuter. xv, 2*, multo magis ea remissio fieri debebat anno 50, sive jubile, qui erat annus plenissime remissionis.
Tertio. *IPSE EST ENIM JUBILEUS.* — Hebr. *ipse est enim alienatus iobel, vel iobetus.* Sic enim alius punctus suppositus legunt *Josephus*, *S. Hieronymus* in cap. *i ad Galat.*, *Chaldeus et Massoretes.*

Quares. unde dicatur hic annus iobel, iobelus, vel jubileus? *Andreas Massius* in *Josue* cap. *vi*, *jobel a Jubil, primo inventore ethiæ et organorum*, *Genes. cap. iv*, *deductum putat.* Alii passim Chaldaeum et Rabbinos scutti, *ut Lyanus, Paganus, Vatibus et Augustinus Euginius*, in **Seconda.** cap. *iiii. Numer.*, *censem iobel significare cornu arietinum, et inde jubileum annum dicit*, quod cornibus arietum eo anno clangerent. Addunt aliqui *iobel esse nomem Arabicum, et significare arietem; unde Chaldaeus subinde verit *שְׁמַרְדָּחָה*, id est aries* (*1*). Alii alia opinantur, ut recensit *Serarius* in *Josue* *xii*, *Ques. XIV.* Verum certius multo est hoc in re sequi antiquos et doctissimos Hebraeos.

Dico ergo: *Iobel vel jubileus deducitur a rava, et a die *לְי֥וֹבֶל* iobel, id est affere, adducere, idque iobel, id cum gaudio et latilla, vel ejus qui dicit, vel ejus qui ducitur, ut variis excurvis ostendit Serarius in *Josue* *vi*, *Ques. V.* Annus ergo *iobel* idem est quod omnis affero omnia bona, et redueamus quemque in pristinam libertatem et hereditatem. Ita Oleaster, Ribera, Serarius et alii. Favet et Caietanus qui *iobel a *לְי֥וֹבֶל* iobel, id est germen, deducit, ut annus *iobel* idem sit, quod annus germinans omnia bona. Cajetano consentit Angelus Plinius, lib. *III De Jubile*, cap. *iv*, et Bellarmius, lib. *I De Indulgenc. cap. t.***

Hanc esse originem et etymon *iobel* et *jubilei*, patet *primo* ex *Josepho*, qui lib. *III Antiqui*, *x. Vox, inquit, iobel significat libertatem, id est, reductionem in libertatem.*

Secondo. *Secundo*, siue *Septuaginta* *passim pro iobel, vertunt *ἀπελεύθερον*, id est remissionem.*

Tertio. *qua Philo et iulus interpres S. Hieronymus, lib. *De Nominiis Hebr. in Genes.*, iobel verit dimittentem.* Idem Hieronymus, lib. *II in Isaian*, sub *intitulum*: *a Jubileus, alt, id est, dimissionis annus.*

Quarto. *Quarto, quia hic locus omnino id convincit, sic enim habet: « Vocabis remissionem; ipse est enim jubileus, » q. d. *Ipse enim est annus remissionis.* Unde et sequitur: *a Revertetur homo ad possessionem suam et familiam.* Ita nos annum plenissimarum Indulgentiarum vocamus jubileum, ut ostendit Serarius in *Josue* cap. *vi*, *Ques. VII.**

Iobel ergo remissionem significat: inde secundo,

(1) Carpzovii sententia arridet Rosenmullerus, scilicet annus jubilei idem esse ac annus clangore solenni promulgandus; *לְי֥וֹבֶל* enim proprie est in longum protulit, v. g. sonum.

iobel significat annum quo plenaria fiebat remissio debitorum, ut patet *Deuter. xv, 2*, multo magis ea remissio fieri debebat anno 50, sive jubile, qui erat annus plenissime remissionis. *Tertio, iobel* significat bucinam, vel potius clangorem bucinæ, que festive eo anno personabat. Unde et *Jubilum* jubilum et jubilare Latinorum deductum videtur, re, unde ut docet Eugenius supra. Hinc et clangor bucinæ personantis in Sina, cum daretur lex, per anticipationem vocatur *iobel* in *Hebreo*, *Ezech. xix, 13.*

Buccina autem hie jubile non erant due illæ argenteæ, ut consult Abulensis, quibus populus conveocabatur ad festa, de quibus *Numer. x. Nam Josue vi, 13*, dicuntur septem fuisse bucinæ jubilei, que et aliud nomen habent in Hebreo, ne unquam aut festis et annis eis utebantur, nisi in jubilei; iteo siquidem dicitur: « Quorum usus est in jubileo. » Erant ergo haec bucinæ non argenteæ, sed cornea. Nam ita interpretatur hebreaca vocem *שְׁמַרְדָּחָה* scophar, que hoc loco habetur, S. Hieronymus in cap. *v Osee*, et Septuaginta, *Psalm. xxvi, 6.* Verum non erant haec bucinæ ex cornu arietino, quia eo tantum clangebant in festo tubarum, in memoriam arietis substituti Isaeo, a patre immolando; sed erant ex cornu bubuli. Nam S. Hieronymus supra: « Buccina, ait, pastoralis est. » Pastores autem non arietum, sed boma cornua, inflata; qualia et veteribus fuisse cornus docet Varro, lib. *IV De Lingua Latina*: « Cornua, inquit, quae sunt non ex ore, tunc clangent ex bubulo cornu, » additique buccinam diei a bubus, vel a sono boma *teu bou*, non bubus canat, bovesque vocet. Unde et postea tubæ aeneæ et castrenses vocantur cornua, ut: « Raucu strepuerunt cornua cantu. » *Aeneid. VIII.* Hinc patet sonum hujus buccinæ fuisse asperum et raucum (talis enim est cornuum), qui tam in festis, acutos et exxitatos aliorum instrumentorum sonos, quasi gravior moderaretur et temperaret.

Anagogice. sicut sabbatum et septimum annus sub sabbatum, ita jubileum significat resurrectionem et eternam quietem totius anni, id est eternitatem; tum enim *primo*, omnes servi merestari, jumenta etiam et pecora, id est simplices quique labore vacabant: quia Dei laus et visio otiosum Beatorum negotium erit. **Secondo**, clangent buccina anno precedente, puta *49*, quia signa horribilia iudicium proximum proclamantia, praebunt remissionem. *Tertio*, clangent etiam ipso jubile, quia ob consummatam victoriam, per omnes vicos cœli alleluia cantabili. **Quarto**, revertetur ad primam possessionem, id est ad paradisum, ex quo cum primo parente ejeti sumus, accepta iam plena peccatorum remissione; quod quia inestimabile est, hinc toles hie repetitur. *Quinto*, non seretur terra, quia tunc nulla erit novorum meritorum satio, sed parentum fructu savissime perfusum. Ita fare Radulphus, Iyshius et Ribera, lib. *V De Templo*, cap. *xxv.*

Tropologice Rupertus: « Hoc, ait, vere sanctum

si Judei extra eam agros emerent, effani a suis *et pulcherrimum jubilei festum est, Evangelie* clangente bucinâ celebrandum, ita ut revertatur *Judeis, hi cedebant eis in perpetuum, neque in* jubile ad primum heredem redibant. Ita Oleaster, *Hinc sequitur quod in Judea nemo erat di-* *soluta, cuncti redeant ad pristinam familiam pacis* *et concordie, atque habeant cor unum et animam* *unam, canantque: Ecce quam bonum et quam* *jucundum habitare fratres in unum! »*

*Allegorice, jubileum est tempus Christi et gratiæ, ut prædictis Iasias, et ex eo Christus, *Luc. iv, 19*, et *S. Paulus, II ad Corinth. vi, 2.**

Denique apud Christianos jubileum annum institutum Bonificius Papa VIII hoc nomine anno Christi 4293, celebrandum anno Christi 4300, eumque contessimus quoque aucta renovari jussit, atque illis qui Romanum venirent, viserentur se pulera SS. Petri et Pauli, peccatorum omnium plenarium Indulgentiam concessit; idque ut populum Romanum ab inani secularium ludorum celebratione, ad verum sollempne sacrum reduceret.

*Quinquagesimo post instanti anno, Clemens VI sanxit jubileum celebrari quinquagesimo quoque anno (eo quod etiam hominis vix jubileum illum centesimo anno attingeret posset), qui verum fuit jubileus. Id sanxit anno Christi 1343, teste Volantius, lib. *XXII. Jubileum ergo tale primum fuit anno Christi 1330*, qui tanta tanta hominum copia fuit Rome, teste Petrarca, oculato teste, ut nihil mirum fuerit inde ortam esse pestem adegravem in tota Italia, ut ex milie vix decem superessent, teste Crantio, lib. *IX Metrop. cap. xlii.* Rursum sub Nicolo V, in jubile anno Christi 1450, tanta hominum turba fuit Roma, ut in ea multi suffocati perierint, teste Platina et Sabellico, lib. *V Enn. cap. x.**

Denique Sextus IV jubileum ad vigesimum quinquagesimo annum reduxit, primusque cum elebavit anno Christi 1475; id fecit, ut quecumq; etiam muneri particeps fieret. Porro in jubile Pontifex auream, ut vocant, portam aperit, ad quam immensus multitudine concurrit, consequenda peccatorum remissionis causa. Preces, elemosyna, penitentia, aliaque pietatis exercititia, que ex anno tum Romæ, tum alibi fuit, inenarrabilis sunt. Atque in eis exteris presenti Proleti et proceres Roman.

Vers. 10. 10. REVERTERUT HOMO AD POSSESSIONEM SUAM, — puta ad agrum, domum et similia bona immobiliæ; et de his enim tantum est sermo. Nam hec etiæ milles essent vendita, tempors jubilei redditum ad primum dominum perse, s. nullo prelio. Ille fiebat ut, quo prior esset annus quinquagesimus, et minoris res immobiles vendentur. Horum ergo bonorum apud Iudeos venditio non erat absoluta, sed tantum ad certum tempus, ita ut hec vendito videbatur esse elocatione rel ad quinquagesimus annos, potius quam absoluta venditio, licet revera transferret dominum rei in ementem.

Intellige haec de bonis sitis in ipsa Judea. Nam *Et unusquisque redit ad familiam pristinam.* — *Potest hoc enim quod revertitur ad possessionem pristinam, ut præcessit, revertitur etiam ad familiam, quia singulis familias possessiones erant distributæ et consignatae a Iesu in terra promissionis.* *11 et 12. NON SERETIS OB SANCTIFICATIONEM (sanctitate) JUBILEI (ut scilicet religiosa quiete colatis hunc annum), SED STATIM OBLATA (ita legendum est dito agrorum et domorum et terrarum et tamen quasi locatio neque ad annum publicum).* *Quid edemus, aut quid bibemus?* *reverendum quod pauperes semper sunt in illa angustiate et cura, qui nunquam serunt aut melunt, ac proinde discant eis compati et subvenire.*

14. QUANDO VENDES QUIPIAM CIVI TUO, VEL EMES AB EO, NE CONTRISTES FRATREM TUUM; — ut contra legem hic a me prescriptum emere, vel emptum ab eo retinere velis ultra jubileum, in perpetuum; aut velis pluris rem vendere, aut minoris emere quam valeat res, sive usus et fructus rei usque ad jubileum. Hoc est enim quod sequitur: « Sed iuxta numerum annorum jubilee emes ab eo, et iuxta suppeditationem frugum vendet tibi, » ita scilicet ut, si pauci anno superius usque ad jubileum, minoris res vendatur; si plures, pluri: vendi enim res debet iuxta suppeditationem fructum et frugum surarum; ergo si paucos paucorum annorum fructus emptor percepturus est, minoris rem erat, si plures, pluri. Hoc est enim quod sequitur: « Tempus frugum vendet tibi (t.). »

Vers. 20 et 21. QUCD SI DIXERIS: QUID COMEDENUS ANNO SEPTIMO? ETC., DABO BENEDICTIONEM MEAM VOBIS ANNO SEXTO, ET FACIT FRUCTUS TRIUM ANNORVM.

Festas terrena — Hinc patet fertilitatem terre sanctae ex parte sancta factam non Dei. Deus enim hic promittit Iudeis, si servent legem, presertim de quiete servanda anno septimo ex timo sive sabbatico, se eiis daturum anno sexto domo fruges pro tribus annis, scilicet pro anno sexto, et septimo sive sabbatico, et octavo, quo rursus serviantur.

Audient hoc Christiani, discantque sua luctu non querente violando festa per labores, venditiones, etc. Si enim Deus Iudeis promitti hic, servantes quiescentem anno sabbatico, annorum in tres annos, multo magis Christianis servantes quietem panoicum festorum, providebit de vita et Iucris.

Hoc tanto Dei beneficio, puta tripla messe anni sexti, privati fuerunt Iudei tempore Machabaeorum, ut patet *I Machab. vi, 49 et 53.*

23 et 24. TERRA QUODQUE NON VENDETUR IN PERPETUUM, QUA MEA EST, ET VOS ADVENIA ET COLONI MEL ESTIS: UNDE CUNCTA REGIO POSSESSIONIS VESTRE SUB REDEMPTIONIS CONDITIONE VENDETUR; — Hebrei est: *Terra non vendetur in interium, perditionem, aut successionem*, id est, ita ut perpetuo a venditora succidatur et alienetur. Chaldeorum verit, *terra non vendetur in proprietatem*; Septuaginta, *in confirmationem*, ut videlicet emptori appropriate et confirmetur in perpetuum. Ratio sequitur: « Quia mea est, » q. d. Ego Deus altum et transcedens in terram vestram habeo dominum: quare licet mihi, quas volo conditiones venditionis ejus apponere, maxime cum in eam ego vos tanquam advenias et colonus inducerem.

Doms se
lus est
dominus
renatus
homo
tantam
earum
habet
usum ad
vitam.
Pulchre Philo, lib. *De Cherubim*, ex hoc loco docet solum Deum rerum omnium esse dominum et possessorem; homines vero earum tantum habere usumfructum ad vitam, non vero dominium, nec gloria, nec divitias, nec honores, nec im-

peria, nec aliud quipiam vel corporis vel animi proprium, ne ipsa quidem, quasi haec juris et domini nostri sint, possidemus, sed usumfructum, dum hic vivimus, habemus solum. Quare in transitu tantum nobis hoc mundo utendum est, perinde ac canes bibunt et Nilo; in Egypto enim canes, ne a crocodilis cipientur, in bibendo mors non trahunt, sed lambunt et fugiunt, teste Plinio, lib. VIII, cap. xi. Unde post fugam Mutinensem, querentibus quid ageret Antonius, quidam respondit: « Quod canis in Egypto, bibit et fugit. » Ita nobis necessaria et mundo raptum sumenda sunt, ne a daemoni cipientur, reliqua pertransienda sunt: « Quidquid circa te jaet rerum, tanquam hospitalis loci sarcinas specta: transcedunt est, » inquit Seneca, libro XVII, epist. 103.

24. CUNCTA REGIO POSSESSIONIS VESTRE (id est cuncta possessio regionis vestre. Est hypallage; simile vidimus, cap. XII, 4) **SUB REDEMPTIONIS CONDITIONE VENDETUR.** — Est hæc lex alia a superiori; disponit enim et ordinat, ut in omni alienatione terra intelligatur apposita facultas eam redimendi; id patet ex Hebreo, qui sic habet: *Et in omni terra possessionis vestre redemptionem dabitis terra, idque ut haec ratione juvaretur stabilitas possessionum cuiusque tribus. Ita Cajetanus, et patet ex sequenti.*

29. QUI VENDIDERIT DOMUM, — q. d. Qui vendit domum intra urbem sitam, potest eam intra annum redimere redditio pretio; quod si non faciat, nonnquam, ne in jubileio quidem, eam redimere, in jubileio aut ad se revocare poterit. Sanxithus Deus, primo, ut hac ratione urbes redederent populo; ad hoc enim alicet emptores et incolas ad urbem, dicitur, secundum, ut illi stabiles et firmam compari possint. Secundum, si aliquis facit et temere domum suam in urbem venderit, utpote quam id se nonquam recuperaturum. **Tertio,** quia per **Tertio**, possessiones sive domos que erant intra urbes, non distinguuntur tribus et familiis: unde et Levite illas possidere poterant, qui tamen in terra promissionis nullam dicebantur habere possessionem.

Excepuntur ab hac lege dominus Levitarum: **Excep**
huius enim, si non redimebantur, in jubile
anno sicut etiam
Levitum.
Eius enim, si non redimebantur, in jubile anno sicut etiam levitum.

Pologrige, qui est in peccato mortali, hic tempore anni, id est hujus vite, deponit, id est charitatem, redimere potest prelio penitentie; sin omittat, eam in futuro redimere non poterit.

(t) Hebr. numerum messium vendet ibid.

Quod si in villa domum vendiderit, id est per
lectionem, ad quam non tenebatur, reliquerit,
hic in jubile recipiet eam, id est, in celo reci
piet merita: quæ in perfectione sua vivens sibi
comparavit. Similis tropologia est de Levitis, qui
significant perfectos, et insigni charitate predi
cios. Ita ex Radulpho et Ruperto Ribera, libro V
De Templo, cap. XXV.

33, 36 et 37. INFIRMUS MANU (Septuaginta, si **Ver. 33,**
impotens sit manus frater tuus (Iudeus quispiam,
ut scilicet labore manum necessaria ad victimam
lucrari non possit, cogaturque a te matuum pe
tere): **NTE ACCIPIAS USURAS AB EO, ETC., ET FRUGUM SU
PERABUNDANTIAM NON EXIGES, — q. d. Non exiges
pro usura plures fruges ab eo, quam ei dederis,
id est mutuaveris (t).**

40. USQUE AD ANNUS JUBILEUM OPERA SITUR APUD
TE. — Iudeus, qui se alteri Iudeo in servum vendidisset, poterat anno septimo, qui erat libe
ratio et sabbaticus, servitudinem et domo heri sui liber egredi; sed si hoc anno non egredetur, egrediebatur in jubile, non ultra illud in servitu detineri poterat. Pro quo nota ex *Ezodi* XXI, 2 et seq.: si servo Iudeo dominus dedisset ancillam Gentilem (nam filiam Hebraeum dare non pos
terat: eam enim emptam vel ipse, vel filius ipsius anno 7
uxorem ducere debebat), et genitus ex ea filios, hebr. debat Il
poterat servos, si volebat, liber egredi anno sep
timo, sed solus, ita scilicet, ut liberi eum ma
tre cederent domino, sive hero, eique manerent
servi: si servus, captus amore uxoris et libero
rum, nollet solus domo heri liber egredi anno
septimo, servire debebat usque ad annum jubile
num, tunc secum in libertatem ediebat uxori
rem et filios. Vide Abulensem hic, *Quæst. XXI.*

32. AEDES LEVITARUM. — Hebrei, *urbes Levitarum, et aedes urbis.* Ita et Chaldaea et Septuaginta; sed noster Interpres, sub aedibus, urbes etiam intelligendis reliquit. Si enim Levitarum aedes servili premium possunt, ergo multo magis urbes.

34. SUBURBANA AUTEM EORUM NON VENEANT, QUA POSSESSIO (Levitarum) SEMPERITA EST, — q. d. Suburbana Levitarum vendi vito, quia hic eorum sunt possessio perpetua, et necessaria ad alenda eorum pecora, nec aliam habent Levite inter Ju
doeos.

Mystice et tropologicæ hoc re significabatur Le
vita pra omnibus debere vacare sibi et Deo, ide
que subinde secundo extra urbem et strepitum
populi ac vacare sanctæ quieti, soliditudo et con
templationi in suburbani: quare dominus urba
nas vendere poterant, non suburbanas. Hinc dis
ciant Religiosi et Clerici Marianū præparant Mar
thæ, orationem scilicet actioni. Quia in re errant
multi: ita enim se studiis aliquis negotiis occu
pat, ut orationem negligant. Disceant hinc salutis
esse videretur domos urbis quam suburbans;
satis esse minore studia, conversations et ac
tiones, quam statas orationes. Quidquid ergo ne
gotiorum occurrit tempore orationis, totum id
cedat orationi, meditatio matutina illæsa ser
vetur: latitudine potius actio et studium. Quanquam
non ledetur, quia oratio impetrabit lumen a Deo,
ut plus una hora proficiat, quam alias fecisset
duabus. Sapientia enim est dominus Dei; a Deo
ergo per orationem efflagitandum, ut ait S. Jacobus,
cap. 1, vers. 5. Ita S. Thomas Aquinas con
fessus est se plus oratione didicisse quam studio.
Denique audieramus omnes et sequamur illud Christi: « Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erga plurima. Porro unus est necessarium: Maria optimam partem elegit, que non auferatur ab eo. — *Jacobus* 1, 4.

Servus
tempore
anno 7
debet Il
uxorem
anno 50
secundum
uxorem
et libe
rum.

42. MEI SERVI SUNT. — Hebrei videbatur, idque Vers. 43
non tantum creatione, sed et redemptio ex ser
vitate Ægyptiaca. Quare nolo ut eos cuiquam al

(t) Vers. 36. *Ne capit a fratre tuo fannus* (pecuniarium, quod pro pecunia mutuo accepta solvit, hebr. *פָנָס*), *aut usrum* (fenus reale, pro rebus commodatis, ut frumento, oleo, musto pendendum, hebr. *תְּרַבָּתָה*). — *Hæc lex de usuri non capiens ex nostrorum civitatum statu in qua videtur non creditori damno. Si enim meum credo alii, cui ex ea pecunia, sive agrum emat, sive mercatura faciat, non parum luci contigit, nihil est aquius quam ut etiam ego in parte illius luci veniam.* Major sine dubio est aquitas fœnoris, si ipse ex ea pecunia, quam alteri credo, lucrum capere potuisse. Accedit, quod pecuniam meam non sine omni crestam periculo, quoniam in ea vivam civitate, in qua caput pecuniae credita culpa aut infornio creditoris potest amitti. Sed non in qua videtur lex, qua usuras prohibet, in tali republika, qualis Israëlatarum erat. *Suis non je erat civis Israhætæ ager, et tam propriis et perpetuis, ut nemini licet eum in perpetuum vendere aut emere.* Hinc ditiores, congesta quamvis magna pecunia, agros tamen emere, ex quibus annis perciperent redditus, non poterant; cumque nec mercaturam fervere Moses vollet, effectu illius plenariaque erat aurum argenteum possessio. Nihil ergo iactare faciebat illa *metaventaria*, quia argenteum, quod sibi sterile esset, usibus frumentis ammoderaret, aque omnis usura equitas, quam supra vidimus, ob lucrum a creditore percependum nisi credidisset, condicit. Deinde in ea civitate, quam Moses instituerat, sortis haud temere metuenda jactura: quo metu maxime in defendenda usuraram exigitur uti solent. Quoniam enim suis cuique debitor ager esset, cuius messe adiici sibi creditor pos

tularet, nisi ex alienum solveretur, præterea corpus fortasse et uxoris liberiæque, in servitatem omnia vindicanda aut vendenda; raro accidere poterat, ut creditor damnum pateteret. — *Hæc Rosenmüllerus ad h.*

teri conditio, et servorum, id est, ita ut servi sint in perpetuum, vendatis; sed potius eos quasi mercenarios habeatis, qui scilicet pro pretio a vobis accepto, suas operas vobis locent usque ad certum tempus, servantque usque ad jubileum. Hic, inquit Radulphus, commonentur domini, ut servi tyrannice non opprimant; sed tanquam Dei servi reverentiam eis habere meminirent, ideoque benigne et clementer eos tractarent.

M. Crassus, aut Plutarillus in ejus Vita, magnam servorum turbam domi alebat, et praecipuum eorum agebat curam, discentibus adestans interdum, et docens eos, dicebatque, « Hanc oportere precipuum esse patris familiias sollicitudinem, nos quoq[ue] sint rei familiaris animata instrumenta. » Demonax videns quemdam servum suum crudeliter verberantem: « Desine, ait, ne servo tuo similis fias. » Judicavit vir prudenter revera servum esse, qui affectibus suis imperare non possit. Diogenes dicebat inter servos et dominos malos, prater vocabula nihil interesse, nisi quod mancipi servient dominis, domini cupiditatibus, id est multis dominis, qui turpes sunt et inclemtes. Testis est Laertius, lib. VI. Audi et Seneca, epist. 47: « Cogita, ait, quem servum tuum vocas, ex eisdem seminibus ortum, eodem frui cedo, queque spirare, queque vivere, queque mori. Nam tu illum ingenuum videre potes, ille te servum. Stare ante limen Callisti dominum suum vidi, et alii intrabunt exclusi. Mariana clade multos splendidissime natos fortuna depresso: album ex aliis pastore, album custodem case fecit. Nescis qua estate Hecuba servire coepit, qua Crassus, qua Darii mater, qua Plato, qua Diogenes? Denique Ecclesiasticus cap. VII: 23: « Servus, inquit, sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua: non defraudes illum in libertate, neque inopem derelinques illum. »

44. SERVUS ET ANCILLA (qui scilicet absolute sit servus et serva) SINT VOBIS DE NATIONIBUS, — q. d. Accipile servos et servas ex Gentilibus, et ab illis eos emite; quia nolo ut Judeos, qui servi mei sunt, in servos perpetuos ematis aut habeatis.

Gentiles ergo, etiam si conversi essent ad iudaismos, in eternum manebant servi; sicut et eorum non s[unt] filii, ut dicitur vers. 43. Nam non volebat Deus hanc lib[er]t[er]i. Gentiles proselyti, in privilegiis hisce jubilei, aquarunt Iudeis ex genere et origine, ne orirentur inter eos invidia et sedicio. Id ita esse patet: nam aliquo omnes servi Iudeorum in jubileto existent liberi; quod tamen hic negatur. Nam, ut dixi Exodi xii, 41, omnis servus Iudeorum, etsi Gentilis esset, tenebatur circumciditi, et fieri proselytus.

43 et 46. ET DE ADVENTIS (proselytis jam dictis) HABEBITIS FAMULOS (servos) AC POSSIDEBETIS IN ETERNUM, — id est usque ad jubileum, inquit S. Augustinus; et, si vera esset regula, quam aliqui ex S. Hieronymo tradunt, scilicet διὰ οἰλα, id est sacerdotium vel eternum, significare jubileum

cum sine vao scribitur, Hebrei id convincerent: nam οἴλα sine vao scribitur. Verum, ut jam dixi, contextus videtur exigere aliam et veram eternitatem, ut scilicet proselytus semper, et tota vita servus sit et maneat, ita ut mortuo hero ad ejus heredes transeat, eisque serviat quamdiu vivit. In hoc enim distinguuntur servus proselytus a servo Iudeo, quod hic usque ad jubileum, ille ^{vers. 10.} viro ^{vers. 10.} tota v[er]o sit servus. Atque ita etiam regula S. Ildephonsi ^{vers. 10.} di ex ^{vers. 10.} Ieronimi ronimi de οἴλα habet: nam οἴλα hic dicitur, non significat absolutum eternitatem, sed tantum tempus vite servi. S. Hieronymus autem tantum dicit, quod οἴλα cum vao significet absolutam eternitatem, sed sine vao significet tempus finitum; tale autem est tempus vite hominis.

47. SI INVALERIT APUD VOS MANUS ADVENTA, — q. d. Si advena Gentilis proselytus apud vos factus fuerit dives et potens, ita ut Iudeum, qui paupertate pressus sit in servum vendidit, emeret: hic cum habebit servum, non tantum usque ad annum septimum sive sabbaticum, sed usque ad jubileum: nisi servus hic prelio quo empotus est redditio redimatur. Judeus ergo serviens proselytum, anno tantum jubilei exhibat liber, neque id mirum: nam si vice versa tales proselyti se venderent Iudeis in servos, manebant servi tota vita.

49 et 50. SIN AUTEM ET IPSE POTERIT, REDIMET SE, SUPPUTATIS DUNXTAK ANNIS A TEMPORE VENDITIONIS SUE USQUE AD ANNUM JUBILEUM. — Sententia et casus horum versuum usque ad versum 54 est hic, q. d. Volo ut, sicut mercenario suppulatur et solvitur merces pro ratione temporis, v. g. diarium vel annorum quibus operatus est in horo, agro, vel domo, ita et hic suppulatur merces servo Hebreo, cum offert premium hero, etiam Gentili proselyto, ut se redimat, et in libertatem asserat; suppulatur, inquit, merces pro rata annorum quibus servivit, eaque prelio detrahatur, ut, v. g. si quis Iudeus sit in servum venditum 40 sicut, cum 40 anni superessent usque ad jubileum, et deinde servierit 10 anni, ac mox se redimat, mercede ei computentur 10 sicut pro decimo annis quibus servivit, id eoque hero addat tantum 30 sicut quibus se redimat: sin 20 anni servierit, 20 sicut ei pro merae de computentur, eisque tantum addat 20, quibus hero persolutus se redimat, et liber exeat, et ita proportionalter de aliis. Hunc esse sensum clarissim patet in Hebreo, Chaldeo et Septuaginta, Ita Abulensis. Ex dictis hoc capite patet hoc fuisse privilegium jubilei. Primo quod in eo remittantur omnia debita; id est enim vocabulatur hic annus remissionis, ut patet vers. 40. Secundo, quod in eo servi manumittantur et siebant liberi. Tertio, quod avitae possessiones redibant ad legitimos et primos heredes, sine ullo prelio aut compensatione.

Hac jubilei institutione preter causas allatas vers. 10, Deus primo, consuluit pauperibus, ne illi bonis et hereditate paterna perpetuo exclude-

^{causa prima} rentur, sed eti[am] alieni vinculo soluto in jubileto.

^{causa secunda} ad suas possessiones redirent.

^{causa tercera} Secundo, voluit Deus jubileum et annum septimum servire chronologice; nam secundum annos sabbaticos et jubileos omnia dividabantur, censabantur et computabantur, sicut apud Graecos secundum Olympiadas, et apud Romanos secundum lustra.

^{causa quarta} Tertio, voluit jubileum esse typum plenissime libertatis, gratiae et letitiae, quam attulit et in quan-

^{causa quinta} asseruit nos Christus Redemptor in lege nova, ut patet Luca cap. IV, vers. 19. Jubileum ergo perenne Christianorum situm est *primum*, in remissione peccatorum, et in bona sanctaque conscientia. Quid datus, inquit S. Bernardus, lib. De Consolatore, quid in corde dulcium, quid in terra quietius est et securius bona conscientia? damnatio rerum non metuit, non verborum calamitas, non corporis crutatus, que et ipsa mortis magis erigitur, quam deprimitur. » Quin et Gentilis Cicero, lib. VI epist. ad Torquatum: « Conscientia, ait, recta voluntatis, maxima est consolatio rerum incommodorum. » Et Seneca, epist. 24 ad Lucium: « Nolo, ait, tibi unquam desesse letitiam; volo ilam tibi domi nasci. Nascir, si modo intra te ipsum sit. Cetera hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt. » Et inferius: « Veri boni avitidas tua sit. Quid sit istud interrogas, aut unde subeat? Dicam: ex bona conscientia, ex honestis consiliis, et rectis actionibus, ex contemptu fortitorum, ex placido et continuo tenore vite una premitis viam. » Hoc est ergo jubilum et jubileum mentis Christianae continuum.

^{causa sexta} Secundo, id ipsum situm est in timore et cultu Dei. « Timor Domini, inquit Ecclesiasticus, cap. I, vers. 11, gloria et glorificatio, et letitia et corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, et dabit letitiam et gaudium, et longitudinem dierum. » Et Malach. cap. IV, vers. 2: « Et orietur vobis timor nomen meum sol justitiae, et sanctitas in penitus eius; et egrediemini, et salutes sitis vituli de armamento. » Unde S. Chrysostomus, homil. 18 ad Populum: « Timor Domini, ait, stabilis est immutatus, et tantum subministrat letitiam, et in solium nos aliorum malorum sensus capiat; Deum enim sicut oportet timens et in ipso confidens, voluntatis radicum lucratus est, et omnem habet letitiae fontem. »

^{causa septima} Tertio, situm est in firma spe felicitatis aeternae. Hinc Christus, Matth. cap. V, 12: « Gaudete, et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celo. » Et: « Gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in celis. » S. Basilus, homil. De Gratiarum actions: « Spes, inquit, retributionis, que tristia

sunt in hac vita, leviora efficit. Afficit te aliquis ignominia? Quin tu ad eam suspici gloriam, quae reposita est in celis, tibi parandam merito patientie. Jacturam rerum tuarum adisti? oculos corporis fixius coelestibus divititis, et thesauro incomparabili, quem tibi honorum operum pretio sepouisti. Patrio solo exclusus es? at patriam habes coelestem illam Jerusalem. » Refer Ruffinus et Palladius in Vita B. Apollonii, de ejus cœnobio et conobitis: « Erat, inquit, in eis supra modum gaudium et letitia, et tanta exultatio, quanta haberet ab illo hominum possit in terris. Nullus in eis tristis inveniebatur; sed et si quis visus fuisset maestor, Apollonius causam perquisiebat, dicebatque: Non oportet nos esse tristes, quibus salus in Deo est, et spes in regno celorum. Tristentur Gentiles, lugent Judei, planant sine cessatione peccatores, nos vero qui tantae glorie spem, et aeternitatis habemus exultationem, cur non omni exultatione letemur? »

^{causa octava} Quarto, situm est in amicitia et unione cum Deo. « Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudeite, ait apostolus. Querit S. Basilus in Regul. brev. Quest. CXIII: « Quoniam sit gaudium in Domino; » ac respondet: « In his que secundum mandatum Domini fiunt gaudere, est in Domino gaudere. Quicquid quandoque mandata Dei exsequimur, aut propter nomen Domini aliquid patimur, gaudere et gratulari nos debemus. » S. Augustinus De Salute, docum. cap. x: « Si, inquit, aliquid in hoc saeculo possidere delectatur, Deum qui possidet omnia, qui creavit omnia, expedit ut mente possideamus, et in eo habeamus quicquidem felicitatem et sancte desideramus. Sed quoniam nemo possidet Deum, nisi qui possidetur ab eo, simus nos ipsis Dei possidimus, et efficietur nobis possidere Deus. Et quid potest esse in mundo felicis quam cui efficiatur suus Imperator et Redemptor census, et hereditas dignatur esse ipsa divinitas? Quid ultra querit, cui omne gaudium, et omnia suis Redemptor esse debet? » Et S. Bernardus, epist. 114 ad Sanctimoniam quondam: « Magnum, ait, est mihi gaudium, quod te ad verum et perfectum gaudium velle tendere compert: quod non est de terra, sed de celo, id est, non de hac convalle piorationis, sed de illa, quam diuinus impetus letitiae, civitate Dei. Et revera illud verum et solium est gaudium, quod non de creatura, sed de Creatore concipitur, et quod cum possederis, nemo tollit a te: cui comparata omnis aliunde jacunditas meror est; omnis suavitatis, dolor est; omnis dulce, amarum; omnis decorum, kedum; omnis postremo quicquidem aliud delectare possit, molestum. »